Exímiè, ac Excellent.

D. D.

Enixè Colend.

PRodiit tandem iterum è meis prelijs in lucem egregium hoc IOAN. PRÆVOTII Opuſculum, tam ab omnibus expoſcitum; & à me multò magis peroptatum, vt votorum

meorum compos fierem: meis cęlum votis arrisit, & vt meã secundarem voluntatẽ Excellentiss tuæ Dominationi sacrare cogitaui. Exiguum est opus, sed eximium est quod cõtinet, & multò magis erit eximiũ dum eximia tua virtus illud amplectetur. Quanta sit huius libelli virtus, quanta vtilitas, mea dicant præla, dum toties, tot

in

in reimpressionibus re sudarunt. Hic verè adducenda essent tuæ virtutis encomia, sed silenda potius arbitror, fama enim repetitis clamoribus ea vndique declarauit. Quantæ in te dotes existant apparet ex nomine, quod Grecè GRATIA sonat, quæ te in cunabulis enuntiens gratiosum futurum euentum prænotauit. Laurea, qua

vndiq; clarus circumfulges, te excellentem Apollinis Heroem, Esculapium nouum, Galenum alterum designat. Auorum nobilitatem, doctrinam sileo, & ingenium, quibus per totum terrarum orbem emicuerunt. FORTVNATVM tantum LICETTVM, vere fortunatum adduco, qui tot, tantisque voluminibus Typos occupauit,

pauit, Bibliotecas impleuit, ac ſapientiſſimorum virorum ſtudia exornauit; huius es Nepos, & ſuorum veſtigiorum ſecutor tuæ doctrinæ radios emittis, virtutiſque ſplendore Patriam illuſtras. Inſpice, ergo, ſuſcipe, & qualecunque eſt accipe hoc donum, quod in corporis exiguitate ingentem mei animi magnitudinem abſcon-

dit, accipe inquam, & ea qua fulges humanitate, ea qua animi prestantia nites grato habe, dum à facillimo huius oblationis exordio, ad difficillimum (eo quia ingentē) meę voluntatis effectum peruenire, procul dubio arbitror. Dij tibi vota secundent, ac Nestoreos soles adscribant, meique cordis penetralia aperiāt vt videatur ab omni-

bus

bus quanta cupiditate flagro me adscribendi.

Dom. tuę Excellentiſ.

Patauij Anno à Partu Virginis MDCLXXVI. 29. Maij.

Addictiſſimus, & Obſeq. Cliens
Iacobus de Cadorinis.

Be-